N. 3044.

CURRENDA XV.

A. D. 1864

N. praes. 147.

Encyclica Sanctissimi Papae Pii IX ad P. T. Episcopatum Regni Poloniae et Imperii Russici... quoad calamitates insurrectionis et Catholicae Religionis &c.

„Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis, aliisque locorum Ordinariis in Poloniae Regno, et Russici Imperii regionibus morantibus gratiam et communionem cum Apostolica Sede habentibus Pius PP. IX. Venerabiles Fratres, Salutem et apostolicam benedictionem.

Ubi Urbaniano in Collegio christianae fidei propagandae hujus almae Nostrae urbis die 24 proximi mensis Aprilis invicto Christi martyri S. Fideli a Sigmaringa sacro vehementer lamentati sumus, Venerabiles Fratres, miseram, et nunquam satis deplorandam Poloniae Regni coditionem, et male consultum motum ibi contra Potentissimum Principem excitatum, significavimus etiam, Nos in publicis ephemeridibus legisse severissima sane consilia a Russico Gubernio suscepta non solum ad eumdem motum comprimendum, verum etiam ad catholicam religionem eodem in Regno sensim extirpandam. Atque eodem tempore manifestavimus, oportere, hujusmodi tristissimos nuncios indubitato modo, ac majore auctoritate comprobari, quandoquidem publicis ephemeridibus plena fides adhiberi semper nequit. Nunc vero ex pluribus variisque fide dignis testimoniis ad Nos perlatis cum incredibili animi Nostri dolore agnovimus, Venerabiles Fratres, verissimas esse acerbitates, quibus a Russico Gubernio catholica Ecclesia, ejusque ministri, et cultores magis in dies divexantur ac lacerantur. Etenim certo scivimus, idem Gubernium jamdiu catholicae Ecclesiae summopere infensum, omnesque ad funestissimum schisma pertrahere exoptans, excitatae perturbationis praetextu sanctissimam nostram religionem, omnesque catholicos quibusque modis acriter insectari. Hinc, Conventione cum Nobis, et hac S. Sede inita nunquam plenae executioni mandata, ac publicis pactis de catholica religione in Poloniae Regno tuenda plane despectis, plurimisque editis legibus et decretis rei catholicae maxime adversis, Gubernium idem nunquam intermisit catholica scripta interdicere, et libros, ephemeridesque catholicae doctrinae omnino repugnates, et in Christi hic in terris Vicarium, et Apostolicam hanc Sedem summopere injuriosas, atque ad Polonum praesertim populum depravandum accomodatas disseminare, et communicationem cum Nobis, et hac Apostolica Sede praepedire, et juramentum divinis legibus contraium praescribere, et populum

contra catholicos sacerdotes excitare, et prohibere, ne praedicari ac doceri queat discrimen, quod inter catholicam veritatem et schisma intercedit, et gravissimis constitutis pœnis impedire, quominus aliquis ex infelici schismate emergere, et ad catholicae Ecclesiae sinum redire possit. Hinc Religiosi viri ex suis Cœnobiis deturbati, eorumque monasteria militaribus stationibus destinata, et catholici Episcopi a sua Diœcesi abrepti, et exilio multati, et innumeri fere catholici graeci ritus subdolis quibusque machinationibus jamdiu in schisma violenter tracti, et impediti ad redeundum in catholicae Ecclesiae gremium, veluti exoptarent, ac innumerabiles etiam latini ritus catholici per mixta praesertim matrimonia catholicae Ecclesiae erepti, et pueri catholicis parentibus orbati, sub tutelae praetexto, in longinquas regiones amandati, a catholico cultu avulsi, et in schismatis discrimen adducti. Hinc innumeri cujusque generis, ætatis, sexus et conditionis catholici summopere afflicti, et in remotissimas terras transducti, et catholicorum templa direpta, polluta, ac in cultum acatholicum, vel in militares stationes conversa, et catholici sacerdotes miserandum in modum vexati, suisque bonis spoliati ad tristem paupertatem adducti, ac vel in exilium pulsi, vel in carcerem detrusi vel etiam necati, propterea quod in acie vulneratis, morientibusque sacri ministerii opem, auxiliumque ferre haud omiserunt. Accedit etiam, ut cum Presbyteri, tum laici in exilium missi omni sanctissimæ nostrae religionis solatio, praesidioque carere debeant, utque Lithuaniæ catholicis optio data fuerit vel exsules abeundi in disjunctissimas regiones, vel dificiendi a catholica religione. Hæc et alia sane lugenda a Russico Gubernio contra catholicam Ecclesiam indesinenter patrantur. Equidem Nos immenso mœrore confecti lacrimas continere non possumus, cum videamus, Vos, Venerabiles Fratres, ac dilectos filios fideles catholicos omnibus illis gravissimis insectationibus obnoxios, quibus commemoratum Gubernium catholicam fidem et religionem tum in Poloniæ Regno, tum in aliis præsertim illius Imperii regionibus ad ultimum discrimen adducere conatur.

At etiam in hoc acerrimo bello a Russico Gubernio catholicæ Ecclesiæ, ejusque sacris juribus, ministris, rebusque illato, alium novum prorsus in Ecclesiæ fastis, et ante hunc diem inauditum ausum lamentari, et exprobrare cogimur, Venerabiles Fratres. Siquidem Gubernium idem non solum Venerabilem Fratrem Sigismundum egregium, omnique laude dignum Varsaviensem Archiepiscopum a suo grege divulsum in longinquas regiones amandavit, verum etiam non dubitavit decernere, eumdem Venerabilem Fratrem episcopali in Varsaviensem Dioecesim auctoritate et jurisdictione esse privatum, et neminem e sua Dioecesi cum ipso posse communicare, et in ejus locum sufficere, veluti Diœcesis administratorem Dilectum Filium Paulum Rzewuski ejus Vicarium Generalem, et Episcopum Prusensem in partibus Indifidelium jam a Nobis electum ac Suffraganeum ejusdem Varsaviensis Antistitis designatum. Verba quidem desunt, Venerabiles Fratres, ad hujusmodi factum reprobandum ac detestandum. Ecquis enim non vehementissime mirabitur, cum sciat eo devenisse Russicum Gubernium, ut perperam autumet et audeat, Episcopos, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, sacra eorum auctoritate ipsis a Deo tradita, et nullo prorsus modo laicæ po-

testati unquam obnoxia privare, eosque a propriæ Diœcesis regimine et procuratione amovere? Dum autem hæc reprobamus et damnamus, eodem tempore clare aperteque declaramus, neminem memoratae ordinationi posse obedire, omnesque Varsaviensis Diœceseos fideles debere eidem Venerabili Fratri Sigismundo sedulo obtemperare, qui verus, legitimusque est Varsaviensis Antistes.

Nihil vero dubitamus, quin idem Dilectus Filius, Paulus Rzewuski sui officii probe memor hujusmodi Russici Gubernii mandato minime obsequens pergat Vicarii Generalis munere fungi sibi commisso a Venerabili Fratre Sigismundo Archiepiscopo Varsaviensi suo legitimo Antistite, eique in omnibus diligentissime obedire.

Jam vero, Venerabiles Fratres, dum cælum ac terram testes invocando, de omnibus quae in Poloniæ Regno, aliisque Russici Imperii regionibus contra catholicam Ecclesiam, ejusque sacrorum Antistites, ministros, jura, patrimonium ac dilectos ipsius Ecclesiæ filios gesta sunt et geruntur, vehementer expostulamus, et etiam atque etiam querimur persecutionem, quam Russicum Gubernium contra Ecclesiam gerere non desinit, absit, ut ullo modo probare velimus male consultos motus in Polonia misere excitatos. Omnes enim norunt, quanto studio catholica Ecclesia semper inculcaverit, ac docuerit, omnem animam subditam esse potestatibus sublimioribus, omnesque civili auctoriati subjectos esse, debitamque obedientiam præstare omnino debere in iis omnibus, quæ Dei, ejusque Ecclesiæ legibus non adversantur. Equidem summopere dolendum, hujuscemodi motus Russico Gubernio ansam dedisse ad catholicam quotidie magis divexandam, et opprimendam Ecclesiam.

Dum autem ejusmodi christianae, civilique republicae funestissimos motus reprobamus ac damnamus, haud possumus, quin omnibus summis populorum Principibus vehementer inculcemus, ut quantum in ipsis est, omnia conentur, ne in eos gravissima illa cadant divinæ sapientiæ ad reges verba. „Quoniam data est a domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, nec custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis; horrende et cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet, exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur*)." Atque etiam omnes summos Principes majore, qua possumus, animi Nostri contentione hortamur et rogamus, ut aliquando intelligere, animadvertere, ac noscere velint, quod populi, cum a sanctissima Nostra religione, ejusque salutari doctrina, atque a debita erga Deum ejusque Ecclesiam, et leges obedientia, et a libera cum hac S. Sede communicatione amoti fuerint, tum perniciosissimis quibusque erroribus, vitiisque depravantur, et iccirco evenit, ut iidem populi timore et pietate erga Deum sublata, suavique religionis jugo exuto, et plane abjecta obedientia, quæ Deo, ejusque Ecclesiæ et legibus omnino debetur, in effrenatam vivendi, agen-

*) Sap. 6, v, 4, 5, 6, 7.

dique licentiam misere prolabantur, et ambulantes secundum sua desideria in impietatibus dominationem spernant, majestatem blasphement, et contra Principes insurgant, eisque obedire recusent.

In summa vero animi Nostri moestitia ob tantam malorum congeriem, quæ Vos, Venerabiles Fratres, et fideles curæ vestrae commissos premit, non parum certe Nos reficit et consulatur egregia vestra in Ecclesia tuenda, tantisque in laboribus, aerumnisque propter catholicam fidem perferendis virtus et constantia. Et quoniam optime nostis beatos esse, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, ac pulcherrimum et gloriosissimum esse pro nomine Jesu contumeliam pati, eumque salvum fieri, qui perseveravit usque in finem, iccirco nihil dubitamus, quin Vos, Venerabiles Fratres, confortati in Domino. et in potentia virtutis ejus pergatis animo invicto pro Dei, ejusque sanctae Ecclesiæ defensione, animarumque salute fortiter dimicare, memoria repetentes „quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis **)." Atque iccirco has Vobis scribimus Litteras, quibus Episcopalem vestram in tantis tolerandis angustiis fortitudinem, et in grege vestrae curae concredito vigilantiam magis magisque in Domino excitamus, ut nullis curis, nullis consiliis, nullisque laboribus parcere unquam velitis, quo fideles Vobis commissi abstinentes se ab omni specie mali, nullisque deterriti periculis in catholicae fidei et religionis professione quotidie magis stabiles et immoti permaneant, et nunquam ab ejusdem fidei, religionis hostibus se decipi, et in errorem induci patiantur. Ac ipsos fideles Vobis concreditos, Nobisque carissimos omni paterni animi Nostri affectu et studio monemus, exhortamur, et obtestamur, ut catholicam fidem, religionem ac doctrinam, quam singulari Dei beneficio acceperunt, constantissime profitentes, et cetera omnia posteriora existimantes per semitas mandatorum Dei sedulo ambulent, iisque omnibus instent operibus, quae caritatem vel in Deum, vel in proximum praeseferunt, quaeque catholicae Ecclesiae filios omnino decent.

Persuasissimum autem Vobis sit, Nos in humilitate cordis Nostri ferventissimas diu noctuque sine intermissione clementissimo misericordiarum Patri, et Deo totius consolationis offerre preces, ut Vos induat virtute ex alto, ac divina sua dextera protegat, custodiat, defendat, et exurgens judicet causam suam, et Ecclesiam suam sanctam a tantis quibus istic divexatur, calamitatibus eripiat, et inimicorum suorum superbiam elidat, eorumque contumaciam omnipotenti sua virtute prosternat, et uberrima quaeque suae Bonitatis dona super Vos et fideles Vobis traditos propitius semper effundat. Atque horum auspicem, et certissimum pecularis, qua Vos in Domino complectimur, benevolentiae pignus Apostolicam Benedictionem ex intimo corde depromptam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis Laicisque fidelibus vestrae vigilantiae concreditis peramenter impertimus.

---

*) Rom. c. 8, v. 18.

Datum ex Arce Gandulphi die 30. Julii Anno 1864.
Pontificatus Nostri Anno Decimo nono. PIUS PP. IX."

Hæc pro notitia et eruditione in doctrinis a variis vario modo ventilatis, nec non pro excitatione ad fervidas preces pro pace et incolumitate ecclesiæ hinc inde oppressæ, etc.

Tarnoviæ die 8. Oct. 1864.

N. 2744.

Inculcatio intuitu accuratae confectionis et maturae immissionis Tabellarum rotulantis populationis.

Quoddam Inc. C. R. Officium Circulare Nota de 29. Aug. a. c. N. 6169. sequentem de neglectu harum Tabellarum querelam ad Nos pertingere fecit:

„Laut Anzeige einiger hierkreisigen k. k. Bezirks-Aemter, werden die statistischen Nachweisungen über die Bewegung der Bevölkerung mit wenigen Ausnahmen von den Pfarrämtern zu spät, wenigstens derart fehlerhaft verfaßt, und vorgelegt, daß solche nicht für den beabsichtigten Gebrauch benüzt werden können, und daher mehrmals zur Umarbeitung zurückgestellt werden müßen.

Da durch diesen Umstand die Verzögerung in der zeitgerechten Vorlegung fräglicher Nachweisungen von Seiten der k. k. Bezirksämter eintretten muß, wodurch sowol für dieselben als auch für die k. k. Kreisbehörde unliebsame Betreibungen hohen Orts nicht ausbleiben, sieht sich die k. k. Kreisbehörde veranlaßt. Ein hochwürdiges bischöfliches Consistorium zu ersuchen, diesfalls an die Geistlichkeit den gemeßenen Erlaß ergehen zu lassen, dieser Verpflichtung auf das genaueste gemäß der Instruktion nachzukommen, um in der Verlegung den Termin genau zuzuhalten"

Obligatio obediendi justis Superiorum postulationibus; manutentio ordinis in correspondentiis varias inter Instantias summopere necessaria; honor noster de obedientia, diligentia coram Alto Regimine conservandus &c. &c. acre cunctis animarum Curatoribus calcar addat oportet ad exequenda tempestive utriusque Reipublicae mandata intuitu correspondentiarum periodicarum aut singularium &c. &c. Tarnoviae die 22. Sept. 1864.

N. 2574.

Relatio de progressu Missionum in Africa centrali et supplicatio pro eleemosyna nova.

Exc. C. R. Cracov. Commissio Locumtenent. Rescripto de 20. Aug. a. c. N. 21762. submisit Relationem scriptam Consotiationis Marianae ad promovendam Religionem cathol. in **Centrali Africa** ope Missionum... de progressu harum ex anno 1863... intercedendo pro ulteriori sublevatione.

Relatio illa inter alia enumerat numerum reductorum e Coptis, conversorum, baptisatorum, copulatorum, stationes, ac indigentias. Cum 1. Aug. 1864. Cassa adhucdum nu-

merat 13002 fl. 14 x. Membra Serenissimae Familiae Habsburgicae... resplendent cum donis majoribus et minoribus... in summa generali 265 Rh.

Precantes: „Adveniat Regnum Tuum" adjuvemus quoq. e parte Nostra impletionem petitionis hujus obolis largis. Tarnoviae 1. Sept. 1864.

N. 2677.

Licentia Ministerialis PP. Bernardinis Constantinopoliensibus: Mathaeo Zioković et Michaeli Marianović concessa ad collectionem instituendam. &c.

Alta haec licentia ab Exc. C. R. Cracov. Commissione Locumten. sub 25. Aug. 1864. N. 20190. ad Nobis communicata.. ita sonat.

„Offenes Beglaubigungsschreiben an die hochwürdigen Priester des bosnischen Franziskaner Convents zu Konstantinopel P. Matheus Zioković und P. Michael Marianović dtto 30. Juli 1864. Z. 4926 I. St. M. Da die mit der A. H. Entschließung Sr. k. k. apost. Majestät vom 15. Februar 1854. a. g. bewilligte Sammlung milder Spenden in der österr. Monarchie zu Gunsten des von den bosnischen Franziskanern errichteten St. Georgs Hoszipes in Konstantinopel durch den Tod des zur Vornahme dieser Sammlung ermächtigt gewesenen Superiors des gedachten Konvents P. Philipp Pasalić eine Unterbrechung erlitten hat, bevor noch der angestrebte Zweck dieser Sammlung erreicht worden ist, finde ich mich im Einvernehmen mit dem Herrn Minister des Aeußern nnd über Ansuchen des Provinzials der bosnischen Franziskaner Ordensprovinz P. Blasius Josić bestimmt Euer Hochwürdigen mittelst dieses offenen Schreibens zu ermächtigen, diese Sammlung neuerlich in den dem Staatsministerium unterstehenden Königreichen und Ländern mit Ausnahme des Herzogthumes Salzburg während der Dauer von sechs Monaten persönlich und vereint von Diözese zu Diözese vorzunehmen, wobei sie sich jedoch verpflichten, nur in Begleitung eines Diözesanpriesters zu sammeln, über jeden empfangenen Betrag genaue Aufschreibung zuführen und die Sammelgelder sammt der Aufschreibung an die betreffenden Diözesankassen abzuführen, von welchen sie an das Staatsministerium geleitet werden, welches diese Gelder sodann im Wege des Ministeriums des Äußern an die kaiserl. Internuntiatur in Konstantinopel übermachen wird.

Ich treffe unter Einem die Verfügung, daß die betheiligten Behörden angewiesen werden, Euer hochwürden jede zulässige Unterstützung in Ihrem Vorhaben angedeihen zu lassen, so wie auch, daß die bischöflichen Ordinariate entsprechend verständiget werden"

Quoniam quotae *intra 6 menses* collectae ad erigendum Constantinopoli Hospitium destinentur, Ven. Clerus Venerabiles hos binos ejusmodi facultate provisos Presbyteros in colligenda eleemosyna amicabiliter adjuvabit, simulque quotas ab eis ad transmittendum receptas, Nobis celeriter admanuabit. Tarnoviae 10. Sept. 1864.

N. 2941.

Chronicon Missionum Ordinis S. Francisci (PP. Bernardinorum) in Asia, Africa et America quotannis erga 3 Rh. edendum publicatur.

Invitatio Relig. Patr. Cypriani de Treviso, Venetiis 4. Aug. 1864 exarata ad praenumerationem quaest. appulit.... Qui eventuum in Regno Christi per orbem terrarum dilatato mirabilium notitia capienda ducitur; quique zelo suffulciendi Praecones evangelii in terris dissitis inflammatur, Invitationi huic terga nullatenus vertet, sed Venetias mittet 3 Rh. expetendo opusculum periodicum quotannis 384 pag. in oct. complexurum, cujus reditus Missionibus praelaudatis cedet in auxilium. Tarnoviae 27. Sept, 1864.

L. 967.

Spis rzeczy sprawionych do kościołów dekanatu Bobowskiego, jako też wykaz reparacyj koło budynków kościelnych podjętych w latach 1862 i 1863 sporządzone podczas Wizyty Dekanalnéj za rok 1863.

1. Bobowa. Ksiądz Proboszcz sprawił portatyl jeden za 6 złr. Firanki do cyborium za 1 złr. 5 cent. Koronki szerokie do alby 3 złr. Odnowił: bieliznę i ornaty, Pana Jezusa zmartwychwstałego, krzyż do procesyi, kielich wyzłocić kazał, wydał razem 15 złr. 80 cent. Przez parafian sprawiono: Sześć lichtarzy metalowych przez braci i siostry cechu wielkiego za 150 złr. Chorągiew (sztandar) przez braci i siostry cechu krawieckiego za 130 złr. Sukienkę wysrebrzoną na obrazie ś. Jana Kantego za 10 złr. Statuę Matki Boskiéj niepokalanie poczęcia przez 6 dziewcząt biednych wiejskich za 63 złr. w. a. Krucyfiks metalowy do użycia kapłana w czasie procesyi przez Franciszka Nowaka z Koczanki za 15 złr. w. a.

1. Bruśnik. Za staraniem nowo przybyłego Proboszcza JX. Józefa Nowaka wystawiono w latach 1862 i 1863 plebaniją z drzewa w kwadrat ciosanego wspaniałą, obszerną, dogodną, wewnątrz pruskiem trynkiem narzuconą, zewnątrz na około tarcicami pobitą i to przy wspólném i zgodném uradzeniu Wnego P. kolatora Konrada Fihauzera i stron konkurencyjnych bez wszelkiéj komisyi, którego to domu koszt wynosi 2037 złr. 28 cent. Plan do téj budowli wydał miejscowy K. Pleban, oraz kierował całą budowlą, jako też przyczynił się ze swéj strony jako początkowy, że dawał bezpłatnie wikt rzemieślnikom t. j. stolarzowi i ślósarzowi przez cały przeciąg tychże roboty. Oprócz domu wystawiono nowe kurniki, na które wydały strony konkurencyjne 13 złr. W miejscu dogodniejszém przestawiono szpichlerz za 5 złr. Miejscowy dusz Pasterz pokrył nową słomą swoim kosztem jednę stodołę.

Do kościoła sprawiono:

W. P. Konrad Fihauzer sprawił sukienkę czerwoną złotym prawdziwym szychem wyszywaną na puszkę za 30 złr. W. P. Kolatorka ofiarowała albę z piękną koronką i je-

dną poduszkę na ołtarz. W. P. Konrad Fihauzer z małżonką swoją darowali kościołowi dwa białe ornaty, wartość tychże niewiadoma. W. P. Jaworski Józef właściciel Falkowy ofiarował dywan już używany na graduse ołtarza, Parafianin Józef Jamka kupił trybularz za 15 złr. Odmalowano i odzłocono krzyż procesyonalny ze składek za 2 złr. także ze składek sprawiono i umocowano nowy koziołek do dzwonka przy zakrystyi, zapłacono 3 złr. 50. kr. Zrestaurowano wszystkie ornaty, podawano do wszystkich nowe kolumny, nowe galony, nowe podszewki, za co wydano 41 złr. 80 kr. J. Ks. Proboszcz swoim nakładem dał wyzłocić kielich za 10 złr. także naczynie do umywania rąk w zakrystyi za 3 złr. dał oprawić mszał za 3 złr. odnowił zupełnie kapę żałobną i zapłacił 16 złr. dał wysrebrzyć pasyjkę do rąk za 5 złr. sprawił mszał rekwijalny za 2 złr. dodał do obligacyi wylosowanéj 8 złr. 86 kr. aby była na 100 złr. wydana nowa, kupił na jeden ołtarz kanony za 1 złr. sprowadził jeden portatyl do ołtarza pobocznego za 7 złr. kupił dwa dzwoneczki do mszy ś. za 1 złr. 60 kr. sprawił nowy krzyż z nowego srebra na ołtarz za 3 złr. Do szkoły miescowéj sprawił W. P. Konrad Fihauser właściciel dóbr Bruśnika z przyległościami Mapy: Galicyi, Austryi, Węgier, Włoch za które wydał 3 złr. 65 kr. metodykę czytania za 32 kr. Książkę do czytania za 8 kr. a J. Ks. Nowak postarał się o liczydło, za które zapłacił 2 złr. w. a.

3. Ciężkowice. Ornat czarny sprawiła W. P. Trzecieska Kolatorka wartości do 40 złr. Sześć lichtarzy (z kiniak. srebra) na wielki ołtarz wartości do 90 złr. sprawił J. Ks. Aleksander Słowiński z Poremby Spytkonis.

Ks. Ortyński sprawił: Sześć alb i tyle komży płóciennych, na które wydał 66 złr. a. w.

(Ciąg dalszy nastąpi.)

N. 2851.

Piis ad aram precibus commendatur

Anima Ri Michaelis Jonczy presbyteri deficientis, annorum 57 aetatis et 28 sacerdotii, qui Sacramentis moribundorum rite provisus, relicta ultima voluntate scriptotenus exarata, die 20. Septembris 1864 Andrychoviae in Domino obdormivit, pro cujus anima consodales unum Missae sacrificium litabunt.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 13. Oct. 1864.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1864.